

Todesanzeige des Bischofs Otto von Gurk (1214).

Von G. Waitz.

Unter den in dem Nachlass Jaffé's erhaltenen Papieren findet sich auch die folgende Abschrift aus Cod. mus. Brit. Addit. 15621, membr. fol. 81 v. (von einer Hand s. XIII.) Jaffé hat den Inhalt ganz treffend als Todesanzeige Otto's in seinem eignen Namen bezeichnet. Aus derselben Quelle liegt auch eine Abschrift von Pertz vor.

Venerabilibus in Christo fratribus C. Cisterciensi et cunctis abbatibus in sancto Cisterciensi capitulo congregatis.

Clamat Otto Gurcensis episcopus de statu ipsorum, qui vocati jussu terribilis judicis, vadunt incidere in manus Dei viventis, et respiciunt ubi sit auxiliatrix ¹⁾). Respicite, audite, exaudite, considerate, quia spiritum meum absolvit preceptum regis. Et velut ovem ad macellum, sic adducet eum ad judicium, ut in argumentis terribilibus mecum disputet sapiens corde et fortis robore. Qui si contendere ²⁾ mecum voluerit, nec habeo respondere unum inter mille. Si justificare me voluero, os meum condempnabit me. Sic ecce palpito in manu judicis quasi columba in herodii unguis. Nature vestre consors et fraternitatis particeps anima, rapta denique nuper ex notis, jam videt aliena, audit inaudita, terretur horribilibus, quibus similia non vidit oculus nec talia audivit auris ejus. Fugiunt illam solatia; subtractis miserantibus, nuda ad vos respicit in miseria. O igitur nature consortium, o dilecti, o dilectio proximi, o fraternitatis inspectio, o sancta mater ecclesia, immo tu respectu hujus exterioris interior quedam ecclesia, consurge, exurge, evigila super me, pulsa pro me eam, cui dedicasti te, ut se monstret matrem, faciat me privilegii participem, quo ipsam ditavit sponsus rex, ut eam filius nil negans honoret.

III. Kal. Augusti obiit.

1) So las Pertz, Jaffé 'auxiliator', und verbesserte 'auxiliator'. Vielleicht ist hier schon an die unten angerufene Kirche zu denken.

2) condendere Hs.